

Band IX., Nr. 4127, Seite 461-462

*Bischof Rudolf von Konstanz bestätigt den Verkauf von Gütern in
Plieningen und Birkach durch Pfalzgraf Gottfried und seine Gemahlin
Elisabeth von Tübingen an Kloster Bebenhausen.*

Zürich, 1291. Mai 5.

Rūdolffus dei gratia Constantiensis episcopus universis presentium inspectoribus salutem et subscriptis fidem plenariam adhibere. Quia condicionis humane memoria in se valet nullatenus solidari, expedit per instrumenta litterarum extrinseca contractus mutuo consensu et libero celebratos tamquam incommutabili testimonio perhennari. Cum igitur illustris comes Goetfridus palatinus de Tuwingen ex instinctu et consensu deliberato nobilis femine Elisabeth comitis Hainrici quondam de Fürstenberg filie legitime consortis sue ob imminentem ipsis intollerabilem debitorum necessitatem universas possessiones suas in Blieningen et in Birka sitas scilicet curias mansus domos horrea areas hortos prata pascua silvas aquas aquarum usus vias et invias iura iurisdictiones ac decimas plerumque omne dominium verum et utile nec non omnem universitatem in quibuscumque rebus ipsis tam hereditario quam consuetudinario iure hactenus inibi pertinentem cum hominibus intra eandem parochiam Blieningen et apud Ezzelingen ad eandem universitatem spectantibus ac specialiter cum iure patronatus ecclesie predictae ville Blieningen iam dictis possessionibus annexo, quod non venditionis sed donationis ratione cum universitate memorata transisse et transire volunt et profitentur, in ius et dominium monasterii Bebenhúsen infra scripti, obstante nullatenus, quod dicte possessiones ipsi comitisse Elisabeth ratione dotis seu donationis propter nuptias fuerint assignate, cum eidem in reconpensam earundem possessionum per villam Moeringen super Vildern sitam uberius et efficacius sit provisum, exhibita per ipsam comitissam et adhibita per interpositionem corporalis sacramenti libera debita et sufficienti renuntiatione de omnibus et singulis premissis, mediantibus sollempnitatibus verborum ac gestuum in huiusmodi efficacibus debitis et consuetis iuste emptionis titulo vendiderint absolute religioso monasterio de Bebenhúsen prenotato et eius conventui presenti pariter et futuro ordinis Cysterciensis nostre dyocesis pro sexcentis libris denariorum Hallensis monete ipsis Goetfrido et Elisabeth ab eodem monasterio integraliter persolutis et in eorum necessitatis inevitabilis redemptionem evidentem conversis cumque idem comes Goetfridus et sepedicta Elisabeth tanto affectu pariter et effectu prosecuti sint eundem contractum, ut non solum omne ius, quod eis quoquo modo competiit seu competere potuit

II

in possessionibus memoratis, debite et efficaciter transtulerint in possessionem monasterii prelibati, verum etiam ad subeundum periculum evictionis et prestandum plenam warandiam ipsi monasterio et pro ipso legitime se astrinxerint renuntiantes in genere et in specie omni iuri legum et canonum defensionis consuetudini occasione exceptioni gratie habite et habende, quibus mediantibus sepedictum monasterium in iudicio quocumque vel extra iudicium in predicto contractu seu possessionibus prelibatis de iure vel de facto posset aliquo modo molestari, igitur, cum iudicis ecclesiastici intersit dotes mulierum defensare secundum canonicas sanctiones, nos debite considerationis oculo contuentes contractum memoratum legitime initum et consummatum ad petitionem propensiorum sepedictorum illustrium Goetfridi et Elisabet, cum eorum profectui per huiusmodi non modicum consulatur, omnia et singula predicta ratificamus et auctoritate ordinaria approbamus prenotatum monasterium in possessionem dictorum bonorum liberam et perpetuam mittentes et tutantes in posterum per nostri sigilli appensionem ab omni questionis cavillationis et molestationis impulsu dictorum venditorum et ipsorum heredum seu quorumlibet successorum.

 Datum Thuregi, anno domini MCC nonagesimo primo, III. nonas Maii, indictione quarta.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An einer der beiden Ausfertigungen das spitzovale Siegel des Bischofs von Konstanz, 67, 41 mm: Der auf einem mit Hundsköpfen und -tätzen verzierten Stuhl sitzende Bischof im Amtsschmuck, in der rechten Hand den Bischofsstab, mit der linken ein geschlossenes Buch auswärts haltend. Die vollständige Umschrift lautet: + *Sigillum* . Rvdolfi . DEI . GRACIA . EPISCOPI . *con*STANT . ECCE.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 1707 und U 1708

Überlieferung und Textkritik:

2 Originale.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 119.

Regesten:

ERNST HERMANN JOSEPH MÜNCH (HRSG.): Geschichte des Hauses und Landes Fürstenberg: aus Urkunden und besten Quellen, 4 Bde., Aachen und Leipzig 1829-47, Bd. 1, S. 304. Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 2790. UB Esslingen, Bd. 1, S. 94, Nr. 241.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Zürich

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, TÜ
 Birkach Wohnplatz (10)
 Birkach, Stuttgart, S
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Fürstenberg Wohnplatz (13207)
 Fürstenberg, Hüfingen, VS
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Plieningen Wohnplatz (41)
 Plieningen, Stuttgart, S
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÜ
 Zürich, Kt. Zürich, Schweiz